Caesar, de bello Gallico, I, 24

Raum für Notizen

1 Postquam id animadvertit, _____
2 copias suas Caesar in proximum collem subducit equitatumque, _____
3 qui sustineret hostium impetum, _____
4 misit. _____
5 Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quattuor veteranarum; _____
6 in summo iugo duas legiones, _____
7 quas in Gallia ceteriore proxime conscripserat, _____
8 et omnia auxilia conlocari ita, _____
9 ut supra se totum montem hominibus compleret, _____
10 interea sarcinas in unum locum conferri et eum ab his, _____
11 qui in superiore acie constiterant, _____
12 muniri _____
13 iussit. _____
14 Helvetii _____
15 cum omnibus suis carris secuti _____
16 impedimenta in unum locum contulerunt; _____
17 ipsi _____
18 confertissima acie reiecto nostro equitatu _____
19 phalange facta _____
20 sub primam nostram aciem successerunt. _____